



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Memoria in Seneca desiderata. defectus suppletus. alia correcta.
Thucydidis & Sallustij sententia. Cap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

Memoria in Seneca desiderata. defectus supple-
tus. alia correcta. Thucydidis & Sallustij sen-
tentia.

CAPVT X.

CVM multa, inquit Seneca, iam mihi ex me de-
sideranda senectus fecerit, oculorum acidum retu-
derit, aurium sensum hebetauerit, neruorum firmitate
tem fatigauerit, inter ea, quae retuli, memoria est res,
ex omnibus partibus animi, maxime delicata & fra-
gilis; in quam primum senectus incurrit. hanc aliquā-
do in me floruisse vt non tantum ad vsum sufficeret,
sed in miraculum vsque procederet, non nego. nam duo
milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, refe-
rebam: & ab his, qui ad audiendum praeceptorem no-
strum conuenerant, singulos versus a singulis datos, cum
plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens
vsque ad primum recitabam. Nec ad complectendum
tantum quae vellem, velox erat mihi memoria, sed
etiam ad continendum, quae adceperat. nunc autem &
aetate quassata, & longa desidia, quae iuuenilem
quoque animum dissoluit, eo perducta est, vt, etiam si
possit aliquid praestare, tamen promittere non possit:
& diu ab illa nihil repetiri. Haec Seneca. cuius
de tam incredibilis & prope diuinae memoriae
fragilitate expostulatio vana poterat videri, nisi
ijsdem illis libris in signe nobis exemplum il-
lius reliquisset. verba eius sunt: Multas quaestio-
nes rhetorici & poetae Romani a Graecis dictas non
surripiunt, sed & pronocauerunt. Thucydidis senten-
tia est: δεῖναι γὰρ εὐπραγίας συγχεῖναι καὶ σὺσχεῖσθαι
τὰ ἐκείνων ἀμαρτήματα. Sallustij: res secundae mire sunt
vitijs obtentui. Cum sit praecipua in Thucydide vir-
tus bre-

praefatione
in declama-
tionibus.

Li. IX. de-
clam. I. &
Controuers.
li. v. contro.
XXV.

tus breuitas, hac cum Sallustius vicit, & in suis illius
castris, caecidit. nam in sententia Graeca, tam breui
quam saluo sensu detrahatur, $\delta\epsilon\upsilon\omega\varsigma$, vel $\sigma\upsilon\chi\rho\upsilon\lambda\omega\varsigma$, vel
 $\epsilon\upsilon\sigma\chi\rho\upsilon\lambda\omega\varsigma$, vel $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\sigma\omega\upsilon$: constabit sensus, etiamsi non
aeque cōtinuus, at tamen integer. at ex Sallustij senten-
tia nihil demi sine sensus detrimento potest. Titus
autem Livius tam iniquus Sallustio fuit, vt hanc ip-
sae sententiam & tamquam translata, & tamquam
corruptam dum transferretur, obijceret Sallustio: nec
amore Thucydidis facit, vt illum praeferat; sed lau-
dat, quem non timet. Locum Senecae non tantum
variō emēdatum, sed & illis Graecis & quibusdam
etiam Latinis appositis auctiore, ex vetere libro,
quem olim à me doctissimus ille Frācisus Mar-
tinius dono acceperat, perscripsi. Graeca autē sen-
tentia hodie nūquam in Thucydide comparat,
quid igitur? an hanc librorū illius partē perille
suspicet? minime vero. Senecae potius memoria
accusabo, qui haec apud Demosthenē legerit, &
paucis immutatis, Thucydidi dederit. sic enim
Demosthenes: $\text{Α}λλ' \text{ο}ι\mu\alpha\iota \text{ν}ο\upsilon \text{μ}ετ\alpha \text{θ}η\mu\omicron\lambda\omicron\lambda\epsilon \text{τ}ο\upsilon\tau\omega\upsilon \text{τ}ο\upsilon \text{κ}α\lambda\omicron\pi\delta\omicron\upsilon\upsilon. \text{α}ι \gamma\alpha\rho \text{θ}η\mu\omicron\lambda\omicron\lambda\epsilon \text{ε}ξ \text{η}μ\omega\upsilon \text{σ}υ\chi\rho\upsilon\lambda\omega\varsigma, \text{κ}α\iota \text{σ}ο\upsilon\lambda\omicron\lambda\omega\varsigma \text{τ}\alpha \text{τ}\alpha\upsilon\tau\alpha \text{θ}ε\iota\delta\eta. \text{ε}ι\delta\epsilon \text{τ}ι \text{π}ο\iota\sigma\epsilon\iota\varsigma \text{τ}\omega\tau\epsilon \text{α}ν\iota\beta\omicron\lambda\omicron\varsigma \text{α}ν\tau\epsilon\omega \text{τ}\omega\upsilon \text{τ}' \text{ε}ξ\text{ε}\tau\alpha\rho\theta\eta\sigma\epsilon\tau\alpha\iota.$ Hoc enim necesse est faciamus, nil
Demosthenē eadem ista à Thucydide, quae scriptus
sua illū manu descripsisse cōstat, velimus esse mu-
tuatū. Sallustij sententia est in oratione Lepidi li-
historiarū: Quare igitur tanto agmine atque animo
incedit? quia secundae res mirae sunt vitis obtentis,
quibus labefactis, quam formidatus antea est, tam
contemnetur. cui sententia illud, Stultitiam patitur
tur opes, magnā partem simile esse, monuit inter-
pres Horatianus, & nos ad Sallustium notauimus.

Olympiaca
II.

Porphyrus ad
epi. XVII.
li. I. Horat.
li. I. histo-
ria.

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28